gitized by Google

NAZIONALE
FONDO
DORIA
BIBLIOTECA
VITTORIO EM. III
V
III
169
NAPOLI

150 R.

PASQVINI
ET
MARPHORII
CURIOSÆ
INTERLOCUTIONES,
Super præsentem
ORBIS CHRISTIANI
STATUM,
Publicatæ
IN
ROMANO CAPITOLIO
Anno
M. DC. LXXXIII.
Et Latinè, Gallicè ac Belgicè editæ.

Anno 1684.

961751
Fondo
Doria III. 109.



LECTORI.

Revereor ſacras literas, & vereor iis abuti; mentem Spiritûs Sancti invertere, religioni mihi duco: ne in me intorqueatur illud: Chriſtus factus vobis actus; ſed Sixtina verſio, quâ hîc utor, ſemper judicio meo fuit ἀπόκρυφος. *Unam igitur Pontificiorum cenſuram ſubvereor; tametſi*

Metaphoricâ ſacræ paginæ explanatione mirificè illi homines delectentur. Quamobrem brutum fulmen anathematis nihil me tangit. Audiam vel cenſuras, vel plauſus, æquè amicis auribus.

MAR-

MARPHORIO.

Clama, ne ceſſes; quaſi tuba, exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum.

PASQUINUS.

Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?

COMETA APPARENS, 1680.

Erunt ſigna in Sole, & Lunâ, & Stellis. Surget gens contra gentem, & regnum adverſus regnum: & erunt peſtilentiæ, & fames, & terræ-motus per loca.

VATES.

Et cælum & terras caudâ indignante flagellant,
Motus humi, peſtis, bella, cometa, fames.

INNOCENTIUS XI. PONTIFEX R.

Innocens Ego ſum.

MARPHORIUS.

Mentitus es in caput tuum; ſed abſolvo

ſolvo te ab omni vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, quam incurriſti.

VATES.

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Jovis, & ſonitus imitatur Olympi.

INNOCENTIUS CIBO CARDINALI A LATERE.

Ego Cibum habeo ... meus Cibus eſt.

VATES.

Cerberus hæc ingens latratu regna triſauci
Perſonat.

CIBO CARDINALIS PAPÆ.

Deus, gratias ago tibi; quia non ſum, ſicut ceteri hominum.

VATES.

O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit.

IN CARDINALES RECENS CREATOS A PAPA.

Laudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.

VA-

VATES.

Pilea ſervaſti ſub pectore quinquaginta;
In Turcam hi reditus (perdita lucra) volant.

IN CARDINALES SUPPETIAS SUBMITTENTES CÆSARI.

Ipſi verò congregati cum ſenioribus, & conſilio înito, nummos multos dederunt militibus.

VATES.

Quos nummos rapuere, ferunt prædonibus iſti.

LEGATUS PAPÆ REGI GALLIARUM.

Beati pacifici, pax vobis.

REX GALLIARUM LEGATO.

Abi poſt me, Satana: obſtaculo es mihi.

LEGATUS PAPÆ EIDEM.

Sic reſponde: Pontifici?

VATES.

Hic Cacum in tenebris, incendia vana vomentem,
Corripit in medium complexus.

AN CONCILIUM SUPRA PAPAM?

Numquid tu major Patre noſtro Abraham?

VATES.

Hic Dominus, non eſt Dominus; non membraque membra:
Vult Dominus ſervum cogere, membra caput?

ITALIA.

Populus ejus gemens, & quærens panem.

VATES.

At non in Venerem ſegnes nocturnaque bella.

IN ITALOS.

Diligite uxores veſtras.

ITALORUM RESPONSIO.

Noli mihi moleſtus eſſe: jam oſtium meum clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili.

VATES.

Femina ſi Venus eſt aliis, eſt maſcula Romæ.

VENETI CUM PAPA DISCORDES.

Navicula autem in medio mari jactabatur

ſtabatur fluctibus : erat enim ventus contrarius eis.

VATES.

Vim cunctam atq; minas perfert cæliq; mariſque.

PRINCEPS PARMENSIS PROREX NUPER BRABANTIÆ, &c.

Incraſſatus, impinguatus, dilatatus.

VATES.

At Marcus Craſſus ſua pulvinaria ſecum
Fert ſemper.

IDEM PARMENSIS.

Calix meus inebrians quàm præclarus eſt!

VATES.

Ille impiger hauſit
Spumantem pateram, & pleno ſe proluit auro.

BELGÆ CATHOLICI PARMENSI.

Filii tui, ſicut novellæ Olivarum, in circuitu menſæ tuæ.

VATES.

Hic grege natorum cælebs ſine conjuge gaudet.

REIP. GENUENSI.

Et vos estote parati; quia quâ horâ non putatis, filius hominis veniet.

VATES.

Mantua, væ! miseræ nimiùm vicina Cremonæ.

DUX MANTUANUS REGI FRANCO.

Quid mihi vultis dare, & ego eum vobis tradam?

REX FRANCIÆ DUCI MANTUÆ.

Ostendit ei omnia regna mundi, & dixit: hæc omnia tibi dabo.

DUX MANTUÆ REGI FRANCORUM.

Argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do. Dabo tibi claves regni.

VATES.

Ite meæ, quondam felix pecus, ite capellæ:

SU-

SUPER COMMERCIO CASALIS.

Et precium appreciati sunt (ô admirabile commercium !) & vocatus est ager eorum, ager Haceldama, hoc est, ager sanguinis. Libera me de sanguinibus, Deus.

VATES.

O digno conjuncta viro, dum despicis omnes!

DUX MANTUÆ.

Quid faciam ? fodere non valco, mendicare erubesco. Fac me, sicut unum de mercenariis tuis.

VATES.

Heu! quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora possunt
Accipere ? aut quid jam misero mihi denique restat ?

DUX SABAUDIÆ LUSTRATA IDENTIDEM MILITIA.

Et reversus Jesus invênit eos rursùm dormientes . . . & venit tertiò.

VATES.

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

DUX SABAUDUS INFANTI LUSITANIÆ.

Venite ad nuptias. Moram autem faciente Sponſo, illi neglexerunt venire... Nuptiæ quidem paratæ ſunt; ſed qui vocati ſunt, non fuerunt digni.

VATES.

Nec conjugis umquam prætendi tædas, aut hæc in fœdera vêni.

DUX SABAUDUS SPONSUS AURELIANENSI.

Nuptiæ factæ ſunt in Canâ GALILÆÆ.

SPONSA A REGE FRANCO DOTATA.

Habens veſtem nuptialem.

VATES.

Conjugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.

REGI LUSITANIÆ RECENS CREATO.

Poſuiſti in capite ejus coronam de lapide precioſo.

MAR-

MARPHORIUS.

Ave Rex Judæorum.

EJUSDEM RESPONSIO.

Numquid Judæus ego ſum?

VATES.

Exauthoratum regno cur, perfide, fratrem
Exilio mulctas? Gaudendum eſt conjuge fratris.

MEDIOLANUM GALLO NON RESTITUENDUM.

Non remittitur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro.

VATES.

Si neſcis, meus ille Caper fuit.

PATRI MARCO DAVIANO THAUMATURGO.

Magiſter, volumus ex te ſignum videre: dic, ut lapides iſti panes fiant.

MARPHORIUS.

Generatio mala & adultera ſignum quærit; & ſignum non dabitur ei ... ſurgent enim Pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna & prodigia, ita ut

ut in errorem inducantur (si fieri poteſt) etiam electi.

VATES.

Te quoque Vatem
Paſtores dicunt; ſed non ego credulus illis.

CARDINALIS ROSPIGLIOSI VITA FUNCTUS.

Et ſepultus eſt in inferno.

VATES.

Ros dulcis, cum morte fuit tibi peſſima vita.
Non redit; ergo tenet buſta profunda ſatis.

REGINA SUECORUM FAMILIARIS PAPÆ ET CARDINALIBUS.

Adſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circumdata varietate.

VATES.

Et monſtrum infelix ſacratâ ſiſtitis arce?

DUX TUSCORUM INIMICUS PRINCIPI PIOMBINO.

Inimicitias ponam inter te, & mulierem.

VATES.

Vos inimicitias (rem turpem!) mente fovetis:
Principum amicitiis cur non (res pulchra!) faveris?

URBS.

URBS ROMANA.

Amen, amen dico vobis, tolerabilior erit conditio terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die judicii, quàm Urbis illius.

VATES.

Urbs ardet Sodome, Sodomes præpostera flamma est,
Quâque sacerdotes Romæ ardent, lampadis instar.

DUX MUTINÆ VENETIAS VENIENS CUM TENUI COPIARUM MANU.

Domine, ecce hîc duo gladii.

MARPHORIUS.

Quid hoc inter tantos?

VATES.

Non defensoribus istis
Tempus eget.

NEAPOLITANI OFFERENTES EQUUM PAPÆ.

Adduxerunt ergo pullum ad Jesum, & injecerunt ei pallia sua, sedítque super eum.

MAR-

MARPHORIUS.

Neapolitani, ne à poli viâ discedant, equum (quod æquum est) cedunt.

VATES.

Ostroque insignis & auro
Stat sonipes, & frena ferox spumantia mandit.

MESSANA SICILIÆ REGI FRANCIÆ.

Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti?

MARPHORIUS.

Hic est populus, cui maledixit Dominus.

VATES.

Discite nunc Regi, & legi parêre superbi.

MESSANENSES.

Nos, patriâ amissâ, Dominis parêre superbis
Cogimur.

LEOPOLDUS IMPERATOR REGI POLONIÆ.

Gratiâ Dei, sum id quod sum, Princeps Regum terræ.

VA-

VATES.

Regna polo veniunt, veniunt mea regna Polono.

IDEM CÆSAR IMPERATORI MAHOMET.

Tu venis ad me cum gladio, & lanceâ, & scuto; sed ego venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei castrorum Israël, cui exprobrasti. Et quis est hic incircumcisus Philistin, qui exprobravit castris Dei viventis?

VATES.

Cæsaribus Cæsar, Rex Regibus esse superbus,
Affectas toties, & Deus esse Deo.
Prædo coronarum (conspirant undique Reges)
Exauthoratus subdita colla dabis.

IDEM MAHOMET SUPPOSITITIUS FILIUS IMPERATORIS.

Ergo filius Dei es tu? Et respondens dixit: Ego sum.

VATES.

Jupiter huic pater est? Notissima fabula Græcis,
Insultat Sultana parens; nec Græcia mendax.

VIEN-

VIENNA.

Ad te multitudo maris, fortitudo gentium veniet tibi, inundatio Camelorum operiet te, Dromedarii, Madean, & Epha: omnes de Sabâ venient.

MARPHORIUS.

Circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & coanguſtabunt te undique: & ad terram proſternent te: & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem: eò quod non cognoveris tempus viſitationis tuæ.

VATES.

Vanarum, Muſas, Jeſuitas, Cæſar, amabas:
Turca coronatos hinc obſidet undique muros:
Hungaria hinc ardet, Turcæ hinc Tekelæus adhæret:

STARNBERGIO VIENNÆ PRÆFECTO.

Dedi te hodie in Civitatem, & in columnam ferream, & in murum æreum, ſuper omnem terram, Regibus Juda, Principibus ejus & ſacerdotibus, & populo terræ: & bellabunt adverſùm te, & non prævalebunt.

VATES.

Hic vir, hic, ùt urbi, ſic murus aheneus orbi eſt.
Monſtra Janitſaridum, furioſa cadavera, ſternit.
Turca coronatas Aquilas invitus adorat.

VIENNA STARNBERGIO.

Educ de cuſtodiâ animam meam.

OBSESSI VIENNENSES.

Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus.

VATES.

Libertas, quæ ſera tamen reſpexit inertem,
Reſpexit tamen, & longo poſt tempore vênit.

MONACHI GERMANI PROPUGNANTES VIENNAM.

Converte gladium tuum in locum ſuum : omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt.

VATES.

Non bene conveniunt miles ferus, atque Sacerdos:
Et campus Martis non ſolet eſſe chorus.

TARTARI VASTANTES AUSTRIAM.

Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.

AU-

AUSTRI.

Væ nobis: quoniam vastati sumus!

VATES.

Austria vastata est. Austerus Tartarus Austris.

TEKELY LUGENS MUSTAPHAM STRANGULATUM.

Absalon fili mi! fili mi Absalon! quis mihi det, ut ego moriar pro te? Absalon fili mi! fili mi Absalon!

VATES.

Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor,
Qui face Germanos, ferroque sequare colonos.

CAIMACAM MUSTAPHÆ SUCCESSOR.

Saulus adhuc spirans minarum & cædis in discipulos Domini accessit ad Principem.

VATES.

Mustapha præcessit, passuque sequêris eodem.
Casus Othomannis, & summa ruina minatur.

TUR-

TURCÆ E PRÆLIO FUGIENTES.

Cum Philiſtin videbant generoſiſſimum ſuorum cæſum, fugerunt. Per aliam viam reverſi ſunt in regionem ſuam.

VATES.

Adveniet juſtum pugnæ (ne accerſite) tempus.

CHAM TARTARORUM.

In Chamo & freno maxillas eorum conſtringe.

MARPHORIUS.

Tartaros ad Tartara! & Turcas ad furcas!

VATES.

Tartare, Tartareos adeas, cum clade, tyrannos.

ALGERIANI.

Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos.

VATES.

Sic vos non vobis nidificatis aves.

PIRATÆ SALEI.

Sunt lupi rapaces.

VATES.

Triſte lupus ſtabulis.
Centauri in foribus ſtabulant, Scyllæq; biformes.

TUNETANUS PROREX.

Erat autem Barabbas latro.

IDEM SUIS COLLEGIS LATROCINANTIBUS.

Qui poteſt capere, capiat.

VATES.

Et rapere, & capere, hoc ſolemne latronibus eſto.

TRIPOLITANI.

Mare vidit, & fugit: Jordanes converſus eſt retrorſum.

VATES.

Heu! fuge crudeles terras, fuge litus avarum.

COMES SERINI CAPTIVUS.

Ecce ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos.

VA-

VATES.

Quam, Serine, feris, ducetur in horrea meſſis
Horrida; cultori meſſis amara ſuo!

IDEM SERINUS.

Innocens ego ſum à ſanguine juſti hujus.

VATES.

Fortes Serinos tentat Patientia duris,
Aurea, Cæſaribus, queis fuit uſque fides.

HUNGARI.

Non habemus Regem, niſi Cæſarem.

VATES.

Rumpe, age, barbaricas, fera vincula, rumpe catenas
Hungaria, indigno compede vincta gemas?

REGNUM GERMANIÆ

Omne regnum in ſe diviſum deſolabitur.

HUNGARIA AD JESUITAS.

Rectores tenebrarum harum, nihil habentes & omnia poſſidentes, devorant plebem meam, ſicut eſcam panis,

&

& bibunt ſanguinem viduarum: dilatant enim phylacteria ſua, & magnificant fimbrias. Væ vobis Templarii, ſanguiſugæ, opprobrium hominum, & abjectio plebis!

MARPHORIUS.

Per omnia quaſi ſuperſtitioſiores, Deo non placent, & omnibus hominibus adverſantur.

VATES.

Furatur mundum, ſed clam Jeſuita: videri
Pauper amat, vitiis, divitiiſque ſatur.

PATER EMERICUS CÆSARI A CONFESSIONIBUS.

Clamaverunt turbæ: tolle, crucifige eum: & invaleſcebant voces eorum. Pilatus autem adjudicavit fieri petitioni eorum. Jeſum verò tradidit eis crucifigendum.

VATES.

Mortuus eſt Jeſus, Jeſus ſine crimine vixit.
Nec moritur, vivit qui Jeſuita nocens?
Bos aſinuſque fuit Socius naſcentis Jeſu,
Latrones Socii, cum moreretur, erant;
Vos Socios Jeſu cum dicitis, eſſe latrones
Convinco, aut aſinos, aut ſine mente boves.

RE-

REBELLES HUNGARI COMITI TEKELY.

Tu es qui venturus es, an alium exſpectamus?

REX POLONIÆ COMITI TEKELY.

Reddite ergo, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo.

DUCI LOTHARINGIÆ.

In tempore hoc reſtitues regnum Iſraël?

VATES.

Cunctando reſtituit rem.

SILESII.

Nonnulli vos turbant, & volunt invertere Euangelium Chriſti.

MOLDAVI DEFICIENTES A TURCA AD POLONOS.

Quem vultis vobis de duobus dimitti?

At illi dixerunt Barabbam : erat autem Barabbas latro.

COSACCI REGI POLONIÆ.

Da pacem, Domine, in diebus noſtris: quia non eſt alius, qui pugnet pro nobis, niſi tu, Deus noſter.

VATES.

Icimus en fœdus, ſi fœdere vicimus hoſtes,
Lædere pergemus : cedere nullus amat.

VALACHI CONFOEDERATI COSACCIS.

Et facti ſunt amici in illâ die, Pilatus & Herodes.

VATES.

Sed glomerare manum bello, & concurrere in arcem
Cum ſociis ardent animi.

ALBANI DEFICIENTES A TURCA AD REMP. VENETAM.

Domine, Domine, ſalva nos: perimus.

MAR-

MARPHORIUS.

Modicæ fidei!

VATES.

Servat oves, veniente Lupo, per gramina pastor.

CAMINECUMOBSIDIONE LONGA PRESSUM.

Angustiæ mihi sunt undique. Sed anima nostra adhuc in corpore est. Quousque animam nostram tollis?

VATES.

O patria! ô Divum domus Ilium & inclyta bello
Moenia Dardanidum! quater ipso in limine portæ
Substitit, atque utero sonitum quater arma dedêre.

MARPHORIUS.

Adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur.

VATES.

Non frustra ferrum turba Polona gerit.

CZARES.,. CÆSARES. MOSCI.

Ego, & frater, unum sumus.

VATES.

Non bini lucêre solent, duo sidera, Soles.

CÆSAR CZARIBUS.

Deus, in adjutorium meum intende: Domine, ad adjuvandum me festina.

VATES.

Bella, horrida bella
Et Tibrim multo spumantem sanguine cerno.

REGI PERSARUM REX POLONUS.

Accingere gladio super femur tuum, potentissime.

VATES.

PER SAcrum juro PERSArum & nobile sceptrum,
Vulnera PER SAniem spernito, PERque SAgum.

REX PERSARUM REGI POLONIÆ.

Tecum paratus sum in carcerem, & in mortem ire.

REX POLONIÆ TURCIS.

Hi in curribus, & hi in equis, nos autem

autem in nomine Domini : ſolium meum exaltabo ſuper altiſſimum.

VATES.

Scandat equos, quicumq; volet, nos æquus obarmet
Omnipotenſque Deus (caſtra tremenda!) fide.

IDEM CÆSARI GERMANIÆ.

Ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.

MARPHORIUS REGI.

Dominare in medio inimicorum tuorum.

PRINCIPES GERMANIÆ JOANNE REGE POLONORUM TRIUMPHANTE ET INTRANTE VIENNAM.

Attollite portas, Principes, veſtras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ... Dominus fortis & potens in prælio... Dominus virtutum ipſe eſt Rex gloriæ. Te Deum laudamus.

VATES.

Vincis utrumque polum mundi, Rex magne Polone:
Dum cadet hic annus, tibi cedet & Otthomannus.

EQUITES INVICTISSIMI EXERCITUS POLONI.

Isti sunt triumphatores & amici Dei. Persequentur quinque de vestris centum alienos; & centum de vobis, decem millia: cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro.

VATES.

Vivite felices, quibus est fortuna peracta
Jam sua.

MARPHORIUS.

In omnem terram exivit sonus eorum. Pange lingua glorioſi prælium certaminis, & super crucis trophæo, dic triumphum nobilem.

VATES.

Turcus adest, fævitque ferox, & milite complet
Omnia: barbarici frangite tela Ducis.
Terga dabit qui terga dedit: simul arma ciete,
Lunaque decrescet, quæ modò plena fuit.
Quis stantem vidit Lunam? ruit illa, fugacis
Instar equi, cursu nescia stare suo.

PA-

PALATINUS HUNGARIÆ REBELLI COMITI TEKELY.

Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua : & tu aliquando conversus confirma fratres tuos.

VATES AD COMITEM TEKELY.

Quid tibi cum Turcis (infelix turba !) tyrannis ?
occidit & Lunam, per tua damna, colis ?

REX POLONIÆ REBELLI TEKELY.

Percutiam Pastorem, & dispergentur oves gregis.

COMES TEKELY.

Super flumina Babilonis illic sedimus & flevimus, dum recordaremur tui Sion : quomodo cantabimus canticum Domino in terrâ alienâ ? Cecidit, cecidit corona capitis nostri ! Ægypto dedimus manus Assyriis, ut satiaremur panibus.

VATES.

Tentanda via est, quæ me quoque possum
Tollere humi, victrixque virûm volitare per ora.

LEGATUS CÆSAREUS POSTULATURUS A PAPA OPEM ET OPES.

Et surgens abiit in montana cum festinatione, & salutavit Elisabet.

VATES.

Mittit, & optat amans, quam non habet ipse, salutem.

PRINCIPES GERMANIÆ FOEDERATI.

Percusserunt fœdus.

VATES.

Fœdera fœderibus nectunt, violandaque fœdè.

PROCERES GERMANIÆ DETRECTANTES IMPERIUM MARESCALLI STARNBERGII.

Quem te ipsum facis? Numquid tu major es Patre nostro Abraham?

Re-

Reſpondit antequam Abraham fieret, ego ſum. Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum.

MARPHORIUS.

Poſt me venit VIR, qui ante me factus eſt: quia prior me erat, & ego neſciebam eum. Et ecce plus quam Jonas hic: & ecce plus quam Salomon hic.

VATES.

Stella ſuis luxit: ſuccedunt monte tenebræ
Numquam lugebunt; lucebunt ſi modò Stellæ.

PACIFICATORES COLLEGÆ FRANCOFURTI.

Facta eſt contentio inter diſcipulos, quis eorum videretur eſſe major.

VATES.

Plus etiam, quàm quod Superis contingere fas eſt,
Neſcius, affectas.

MARPHORIUS.

O quàm bonum, & quàm jucundum eſt, habitare fratres in unum! ſed congregaverunt omnes, quos invenerunt, malos.

RATISPONENSIA COMITIA.

Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis. Et diſpertitæ ſunt linguæ: loquebantur autem variis linguis, prout ſpiritus dabat eloqui eis.

VATES.

Atque hîc ingentem Comitum affluxiſſe novorum
Invenio admirans numerum.

COLLEGIUM RATISPONENSE COMITI WINDISGRATZ LEGATO SINE CHARACTERE.

Amice, quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit.

VATES.

Atque impar congreſſus Achilli.

HELVETI.

Mercede conducti.

VA-

VATES.

Flos & amor belli, cur Francis jungitis arma?
Est belli nervus Regina pecunia: donant.

ELECTOR MOGUNTINUS.

Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?

IDEM.

Bene dicitis, quia ego dominium habeo.

VATES.

Longâ cum veste sacerdos.

ELECTOR TREVIRENSIS.

Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus.

VATES.

Non pecudes, populum tundet: nec Pastor ovile,
Nec nidos Aquilæ, sed Galli diligit ova.

ELECTOR COLONIENSIS, MITTENS DUODECIM MILLIA MILITUM SUPPETIAS CÆSARI.

Et Pater mittet mihi plusquam duodecim legiones Angelorum.

VATES.

Quid tibi cum gladiis, Paſtor miſer, atque Colone?
Aptior eſt ſacro num tua dextra pedo.

ELECTOR PALATINUS RHENI.

Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum, poſuerunt Jeruſalem in pomorum cuſtodiam.

VATES.

Cuſtos es pauperis horti.

PALATINATES.

Hæreditas noſtra converſa eſt ad alienigenas, & domus noſtræ ad externos.

VATES.

Quanta Palatinus, ſed fraude, palatia perdit!

ELECTOR BAVARUS FUGANS TURCAS.

Super Aſpidem & Baſiliſcum ambulabis, & conculcabis Leonem & Draconem.

VATES.

Ut vêni, vidi, vici, tunc Muſtapha fûgit;
Stabat equus: fit equi Bavarus prædator avarus.

ELECTUR

ELECTOR SAXO.

Estote fortes in bello, & pugnate cum antiquo Serpente.

VATES.

Saxo triumphatum Serpentem contere saxo.

FREDERICUS GUILIELMUS ELECTOR BRANDEBURGICUS.

Naäson autem genuit Salmon.

MARPHORIUS.

Nares habent, & non odorabunt: manus habent, & non palpabunt: pedes habent, & non ambulabunt.

VATES.

Frangere Vandalicos, attritis viribus, hostes,
Brandeburgorum est; urbes quoque sternere centum.
Vivat bellator, Dux invictissimus orbis!
Non pugni deerunt, obstet si debilior pes.

DUX LOTHARINGIÆ ET CÆSAREI EXERCITUS, TURCARUM DOMITOR.

Et David debellabat Philistæum.

VA-

VATES.

Advolitat, Duce te, niveis Victoria pennis,
Victrices Lunarum, Aquilas, tua signa, coronat.

DUCES BRUNSVICENSES.

Saul & Jonathas, amabiles & decôri in vitâ suâ . . . Aquilis velociores, Leonibus fortiores?

VATES.

Tu vinces Danaös, Danos, Trojana juventus.

FURSTENBERGLUS EPISCOPUS ARGENTINATUM, CREATURA REGIS FRANCIÆ.

Et tu cum Jesu Galilæo eras? Numquid & tu ex discipulis es hominis istius? verè ex illis es: nam & Galilæus es, & loquela tua manifestum te facit. Ecce præcedet vos in Galilæam: ibi eum videbitis.

MARPHORIUS.

At ille negavit, & cœpit jurare, & detestari, & anathematizare; quia non noviſſet hominem. Et statim Gallus cantavit: & recordatus est Petrus verbi quod dixerat.

PAS-

PASQUILLUS.

Non es amicus Cæsaris. Episcopatum ejus accipiat alter.

VATES.

Tene Canem Germana fides (nec fabula) jactat?
Gallorum fidibus, magne poëta, canis.

LEODIENSES ALIENI A SUO PRINCIPE.

Murmurabant adversus patrem familias, dicentes: pares illos nobis fecisti, qui portavimus pondus.

MARPHORIUS.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi: numquid est servus major Domino suo? ego enim scio contentionem tuam, & cervicem tuam durissimam ... semper contentiosè egisti contra Dominum.

VATES.

Non bene conveniunt Leo subditus, atque Colonus:
Ira leo est: odit Pastor ovile suum.

LEODIENSES RECONCILIATI PRINCIPI SUO.

Et facti sunt amici in illâ die Pilatus & Herodes.

VA-

VATES.

Pastori (non credo) Leo quoque fiat amicus ?

LEODII, IN PRINCIPIS ABSENTIA, ARCE A GALLO DIRUTA.

Domine, si fuisses hîc, frater meus non fuisset mortuus.

MARPHORIUS.

Resurget frater tuus.

VATES.

Nunc Leo Gallum arces, qui fraudibus occupat arces.

PRINCEPS HANOVERIÆ.

Nonne hic est quem quærunt interficere?

MARPHORIUS.

Dæmonium habes: quis te quærit interficere?

VATES.

Nunc jacet in siccâ, qui te vult sternere, arenâ:
Ipse suâ sicâ perfidus occubuit.

REX DANIÆ HAMBURGENSIBUS.

Negotiamini, dum venio: quâ horâ non putatis, veniam, sicut fur, in nocte.

MAR-

MARPHORIUS.

Fratres, ſobrii eſtote, & vigilate: quia adverſarius veſter Diabolus, tamquam Leo rugiens, circuit quærens quem devoret: cui reſiſtite fortes in fide.

VATES.

Cives, inſanum, cataphractum ſpernere Danum.
Inſidias vallo ſtruit hic cum milite Gallo.

HAMBURGENSES REGI DANIÆ.

Tu autem, Domine, miſerere nobis. Deo gratias. Kyrie eleïſon.

VATES REGI DANIÆ.

Ter tibi dulce canit Gallus; ſed flebis amarè.
Vis gaudêre? levem Gallum citò deſine amare.

LUBECANI A BRUNSVICENSIBUS AUXILIA.

Fatuæ autem ſapientibus dixerunt: date nobis de oleo veſtro: quia lampades noſtræ exſtinguuntur.

MARPHORIUS.

Dum autem irent emere, venit Sponſus.

VA-

VATES.

Festinate, viri: nam quæ tam sera moratur
Segnities? alii rapiunt incensa, ferunt que
Pergama; vos celsis nunc primùm à navibus itis.

LEGATI FRANCI REGI DANIÆ MERCENARIO FRANCORUM.

Apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, & thus, & myrrham.

VATES.

Timeo Danaös, & dona ferentes.

REX DANIÆ, SUB TUTELA GALLIÆ, REGI SUECORUM ARMATO.

Saule, Saule, quid me persequeris? Dominus adjutor meus, & protector meus, à quo trepidabo? Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum: si exsurgat adversum me prælium, in hoc ego sperabo. Totâ die expugnabant me gratis.

MARPHORIUS REGI SUECIÆ.

Durum est tibi contra stimulum calcitrare. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

VA-

VATES.

Pes mihi debilior factus; fractusque ferarum
Venatu: manibus mœnibus insto tuis.

CAROLUS REX MAGNÆ BRITANNIÆ.

Populo meus, quid feci tibi, aut in quo contristavi te, responde mihi?

MARPHORIUS.

Membra revelle tuo capiti, gens usque rebellis.
Membra suo Capiti gens caput esse cupit.

MARPHORIUS.

Adolescentulæ dilexerunt te nimis.

VATES.

Optimus hic Rex est; Salomon quoque: femina utrumque
Vicit. an his cæcus nocte, vel ille fuit?

MARPHORIUS.

Regibus hic Rex est cunctis prudentior: omnes
Compescit turbas sine turbâ, lege modestâ.

REGINA MAGNÆ BRITANNIÆ.

In lectulo meo per noctem quæsivi quem diligit anima mea, quæsivi illum, & non invêni. Absque liberis feciſtis me.

VA-

VATES.

Et quiſquam numen Junonis adoret
Præterea ?

MARPHORIUS REGINÆ.

Vox in Ramâ audita eſt, ploratus & ululatus multus, Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari: quia non ſunt.

VATES.

Gaudêres utinam, ùt regno, prolibus ! eſſes
Ipſa (nec invideo) felix Berecynthia mater.

DUCI EBORACENSI.

Nolumus hunc regnare ſuper nos.

MARPHORIUS.

Quid enim mali fecit ?

VATES.

Hic reget imperio populos ; te Galle, relinquat.
Spirabit pacem, ſperabit & Anglia pacem.

PARLAMENTUM ANGLIÆ.

Expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.

MARPHORIUS.

Quare moriemini domus Iſraël ?

VA-

VATES.

Siccine tu Reges, truculenta Britannia, mactas?
Hinc carcer, carcer! sanguïs, sanguis, geminatur!
Stet caput, & stabunt sua membra, atque omnia sana.

PARLAMENTUM A REGE CAROLO DISSOLUTUM.

Destruatur Corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato.

VATES.

Numquam (crede) tui regnabunt, Anglia Reges,
Donec sanguineam mente fovebis Hydram.

DUCI PORTSMOUTH.

Tu supergressa es universas. Invenisti enim gratiam apud Deum: vox enim tua dulcis, & facies tua decôra, Ideò introduxit te Rex in cubiculum suum.

VATES.

Aureus est vultus, palla aurea, & aurea tecta,
Aureus, ah! animus tibi sit; Venus aurea fies.

DOMINA GUIN.

Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.

VA-

VATES.

Egregiam verò laudem, & ſpolia ampla reportas
Tuque, puerque tuus.

DUCI MONTMOUTH REX ANGLIÆ.

Et tu homo unanimis, & DUX meus, qui mecum dulces capiebas cibos in conſenſu, magnificaſti ſuper me ſupplantationem. Regnum tuum non eſt de hoc mundo: nequaquam enim erit hæres filius ancillæ. Vade in terram Iſraël, & ibi morare, donec dicam tibi.

MARPHORIUS.

Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles, Similis eſt dilectus meus capreæ, hinnuloque cervorum.

VATES.

Heu! fuge, nate Deâ, teque his, ait, eripe flammis.

DUX MONTMOUTH REGI.

Peccavi tradens ſanguinem juſtum. Confiteor Deo omnipotenti; mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Numquid bonum tibi videtur, ſi calumniêris me, & opprimas me, opus manuum tuarum?

VATES.

Filius ante diem patrios inquirit in annos.

PRESBYTERIANI, QUACQUERII, NONCONFORMISTÆ ALIENI A REGE.

Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longè eſt à me.

MARPHORIUS.

O duris & incIrcumciſis auribus, vos ſemper ſpiritui ſancto reſiſtitis. Spiritûs ſancti gratia illuminet ſenſûs & corda veſtra.

VATES.

Turba fidem mutans, in Regem nutat eâdem.

LUDOVICO XIV. REGI CHRISTIANISSIMO.

Unde bella & lites in vobis? nonne ex concupiſcentiis veſtris, quæ militant in membris veſtris?

LUDOVICUS REX RESPONDET.

Non vêni pacem mittere; ſed gladium.

MARPHORIUS.

Certamen forte dedit illi, ut vinceret, & sciret, quoniam omnium potentior est.

VATES.

Gallus adulter amat Gallinas. Pacis amator
Non erit; at Gladium, noctis amator, amat.

FLANDRIA A GALLIS INCENDIARIIS OPPRESSA.

Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores. Ecce nunc in pulvere dormiam, & in pace amaritudo mea amarissima. Transeat à me calix iste!

VATES.

Christiadum turbat Francus pugnacior orbem.
Prævalet hinc ferro Turca, peritque sacrum.
Heu! quantum damni ferro intulit, igne, tributis?
Et quisquam faveat, sæve tyranne, tibi?

REX FRANCIÆ SOLUTIS FLANDRORUM EXACTIONIBUS NON CONTENTUS.

Holocautomata vestra non sunt accepta, & victimæ vestræ non placuerunt mihi. Idcirco juravi domui Eli, quod

quod non expietur iniquitas domus ejus victimis & muneribus usque in æternum.

MARPHORIUS.

O salutaris hostia, bella premunt hostilia, da robur, fer auxilium!

FLANDRIA INCENSA ET INUNDATA.

Aspectus eorum, quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum. Lampades ejus, lampades ignis atque flammarum: aquæ multæ non potuerunt exstinguere.

VATES.

Flandria, Belgiadum gens florentissima quondam,
Gloria bellantûm! tua tecta ruina voravit
Flammarum, atque ipsæ periêre, furore, ruinæ,
Flandria nunc lampas, bustumque, & fabula mundo!

AD FLANDRIAM.

Quomodo sedet civitas deserta, plena populorum! facta est, quasi vidua, magnifica inter gentes, princeps Provinciarum facta est sub tributo. Plorans ploravit in nocte, & lacrymæ ejus in maxillis ejus: nec est qui consoletur

eam, ex omnibus CARIS ejus. Amici ejus perfidè eam tractaverunt; facti sunt INIMICI ejus.

VATES.

Rivales duros & diros Flandria nacta es!
Per tua septa ruunt, Batavorum turma, Leones;
Turba Molossorum, caudâ exsultante, flagellant;
Atque Aquilæ rostris inimica sed oscula jungunt.
Ungue tuos Gallus, dum cantat, perfodit hortos.
Flandria, quisquis is est, certè est nimis hostis amicus.

MARCHIO DE GRANA BELGII CATHOLICI PROREX.

Martha, Martha, sollicita es & turbaris erga plurima.

MARPHORIUS.

Audituri enim estis prælia, & opiniones prœliorum.

VATES.

Grana quidem est facilis, prudens, promptusque minister
Consilio; sed Iber tardior esse solet.
Hei mihi! Rex Regum, quo non opulentior alter,
Omnibus, etsi omnes auxilientur, eget!

AD

DE GRANA STOMACHABUNDUS AD GALLOS INCENDIARIOS.

Quos ego, sed
Uxorem duxi.

VATES.

Christiadum bello turbat gens Francica mundum.
Pax foret alta, fores si tu, gens Francica, Turca.

DE GRANA AD MILITES HISPANOS, MENDICABULA.

Misereor super turbam : quia ecce jam triduo sustinent me, nec habent quod manducent. Et si dimisero eos jejunos in domum suam, deficient in viâ : quidam enim ex eis de longè venerunt.

MARPHORIUS.

Semper pauperes habetis vobiscum; me autem non semper habetis.

VATES.

Miles mendicus bellum geret usque pudicus:
Porrigiti ile stipi dextram ? vim stipitis horret.

CAROLUS REX HISPANIARUM.

Quis Rex iturus committere bellum adversus alium Regem, non sedens priùs cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se; alioquin adhuc illo longè agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis sunt.

VATES.

Indicis bellum, cum perdas omnia pace.
Si pax non profit, quid tibi bella dabunt?

MARPHORIUS.

Heres Infans est; nihil differt à servo, quamvis sit Dominus omnium: sed sub *tutoribus* & curatoribus est usque ad tempus.

VATES.

Rex miser est; Dominus, servus, tenet omnia, nilque.
Cuncta velit quamvis; sed nihil ille potest.

DUX CREQUI OBSIDENS LUXEBURGUM.

Vênit Jesus januis clausis; & dixerunt ei: Domine, Domine, aperi nobis.

PRIN-

PRINCEPS CHIMAY, PRÆFECTUS LUXEBURGO, AD EUMDEM.

Nescio vos. Vade retro, Satana; non approximes nobis, nec confiniis nostris.

VATES.

Oppida defendis, quæ terra inimica coronat?
Post breve cantabunt intra tua mœnia Galli.

MARPHORIUS.

Nisi Dominus custodierit Civitatem, frustra vigilat qui custodit eam.

LUXEBURGUM.

Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?

VATES.

Ut Lux nocte micat; sic Luxeburgica lucent
Mœnia, ab hostili mœnia cincta solo.
Defectum patitur Lux Luxeburgica: nox est;
Nec valet hanc noctem pellere, Phœbus, Iber.

URBI LUXEBURGENSI.

Requiescat in pace. Amen.

VATES.

Omnia perdit Iber; muros quoque perdat & illos

REX CHRISTIANISSIMUS IMPERATORI MAHOMET.

Egredere de terrâ tuâ & de cognatione tuâ, & veni in terram, quam monstravero tibi, fluentem lac & mel: ne timeas, ego tecum ero: veni in fortitudine brachii tui: tibi dabo claves regni.

IMPERATOR TURCARUM.

Omnia traham ad meipsum: constituam me Principem super universam terram.

VATES.

Extendit, retrahit sua cornua; lumine plena
Utraque, & orba orbis; lunatica Luna, reclinet.

REX FRANCUS TURCÆ.

Nec mihi, nec tibi sit; sed dividatur.

VATES.

Serviat Occasus mihi; tibi serviat Ortus.
Divisum imperium Rector uterque gerat.

REX FRANCIÆ ITER FACIENS AULA PEDISSEQUA ANCILLANTE.

Erant autem ibi mulieres multæ,

quæ

quæ ſecutæ erant Jeſum à Galilæâ, miniſtrantes ei, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Jacobi minoris, & Joſeph mater, & Salome, & mater filiorum Zebedæi; & Joanna, & Maria Cleophæ, &c.

VATES.

Quam bellum bellum eſt, etiam quando hoſtis, amica eſt!

DELPHINO GALLIARUM.

Domine, quando vêneris in regnum tuum?

DELPHINI RESPONSIO.

Non eſt veſtrum noſſe tempora, quæ pater poſuit in ſuâ poteſtate.

MARPHORIUS.

Tantum ergo Sacramentum veneremur cernui, & ANTIQUUM documentum NOVO cedat ritui.

VATES.

Non ferus es; venare arcu Venereſque feraſque:
Bella geret, bellis lætior, ipſe pater.

DELPHINUS DUCI BURGUNDIONUM.

Hic eſt filius meus dilectus, in quo

mihi bene complacui. Et ſolutum eſt vinculum linguæ ejus, & loquebatur rectè. Quis putas puer iſte erit?

MARPHORIUS.

Puer parvus minabitur eis. Væ tibi Corozaim! Væ tibi Betzaida!

VATES.

Dux Burgundionum, dormi, placidiſſime dormi:
Pax dulcis cunas ducit, agitque tuas.
Tempus erit, cum bella canes, bella horrida, ſpretâ
Pace. Ducem puerum Flandria tota timet.

UXOR DELPHINI.

Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.

VATES.

Oſcula libavit nato, dehinc talia fatur.

UXOR DELPHINI LUDOVICO REGI.

Domine, dic ut ſedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad ſiniſtram, in regno tuo.

LUDOVICI REGIS RESPONSIO.

O mulier, magna eſt fides tua! fiat tibi ſicut vis: fiat! fiat!

DUX

DUX AURELIANENSIS.

Ecce Agnus Dei.

VATES.

Aulæ delicium, vir pacis, amabilis orbi:
Rex esses utinam! gauderet Gallia pace.

PRINCEPS CONDEUS.

Pelli meæ consumptis carnibus adhæsit os meum, & derelicta sunt tantummodò labia circa dentes meos.

MARPHORIUS.

Domine, quàm admirabile est nomen tuum in universâ terrâ!

BORBONIUS.

Anagramma

ORBI BONUS.

VATES.

Non Rex Francorum es, regni meliotis es heres:
Exspectat Regem prima corona suum.

DUX LA VAILLIERE.

Quid mihi, & tibi est, mulier?

VATES.

Illa meretur meretrix quoque carceris antrum,
Quæ sibi permisit fœdiùs antra fodi,

Sed quod Virgineum clauſtrum nunc incolit, antrum eſt.
Serviat, ut ſervet ſic ſua clauſtra bene.

COMES MONTESPAN.

Non eſt mortua puella; ſed dormit.

VATES.

Vivis adhuc? Vidi flentem tua buſta maritum.
Terge maritales (i modò) terge genas.
Tu conjux latè dicta es, vel adultera; dormis?
Evigilare decet: dedecet ille ſopor.

LA JARDINIERE.

Ecce Virgo concipies, & paries filium.

VATES.

Non ſervas tua ſepta, & clauſos virginis hortos:
Fur carpit flores, lilia caſta, tuos.

DUX LUXEBURGICUS MONTMORANCIUS.

Unus ex vobis Diabolus eſt. Quod tibi nomen? reſpondit: Legio.

MARPHORIUS.

Exorciſo te, creatura Legionis, per Deum vivum, per Deum verum, per Deum ſanctum, ut exeas ſtatim de corpore iſto.

VA-

VATES.

Eumenidum thalami, nigrique cubilia Ditis,
Et Chaos, este illi digna sepulchra viro.

SCHOMBERG MARESCALLUS.

Datus est mihi stimulus carnis, Angelus SATANÆ, qui me colaphizat: quia oculi mei semper ad Dominam.

VATES.

Omnibus es Satanas: breviùs vis? Omnibus Annas.
Virgo suo è claustro nam tibi rapta fuit.

MARESCALLUS HUMIERES.

Domine, audivimus ex multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Jerusalem.

RESPONSIO EJUSDEM.

Nescis, quia potestatem habeo, quæ mihi data est désuper?

VATES.

Ignibus est incensa tuis cur Flandria tota?
Plenus es igne: leves Franci nimis igne redundant.

DUX MONTAL FATALIS BELGIO.

Eris potestatem habens super decem civitates.

VATES.

Ipse cares oculo : spoliatur Flandria binis
orba oculis : cur non Flandria lusca manet?

CALVO DUX FRANCI
EXERCITUS.

Vestri autem capilli capitis, omnes numerati sunt.

MARPHORIUS.

Calve, salve.

VATES.

Cur crines fugêre? caput fugêre superbum.

ACATHOLICI GALLI.

Quomodò cantabimus canticum Domino, in terrâ alienâ? Et venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem.

VATES.

Vos Rex persequitur, Româ duce : jura revellit
Pristina; sed reddet pristina jura Deus.

PASQUILLUS.

Sancte Ravaillac, ora pro nobis.

VATES.

Christiades, gens nata Deo, grex ore Luporum
Allatrata, carens Pastore, tueris avorum
Sacra : dies veniet, cum te pax ducat ad aras.

JAN-

JANSENISTÆ A JESUITIS, VOETIANI A COCCEANIS ALIENI.

Non enim coütuntur Judæi Samaritanis. Et ſchiſma erat inter eos.

VATES.

Quid mihi vobiſcum eſt, infelix cura, libelli ?
Ingenio perii Naſo poëta meo.

CONCILIUM ECCLESIÆ GALLICANÆ.

Vocavit majores natu Eccleſiæ, qui cum veniſſent, concilium inierunt omnes Principes Sacerdotum, & ſeniores populi adverſùs Jeſum, ut eum morti traderent.

REX CRISTIANISSIMUS.

Benedictio Domini deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper.

PAPA.

Anathema vobis, in nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti, amen.

VATES.

Hic cœtus, fœtus non Romæ eſt. Gratia Regis
Fœdiùs hæc fœtet, Roma aliena, tibi.

FRAN-

FRANCUS.

Ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites, & dico huic; vade, & vadit . . . & ſervo meo, fac hoc, & facit.

VATES.

Quis pacem violat? Quis centum diruit urbes?
Vectigal ferro quis petit, igne, nece?
Regibus & mundo dominaris, France, per arma.
Te, legem Imperio ſcribere, poſſe putas.
Quidlibet audendi Francis innata poteſtas.
Conſpirent reliqui; Francus inermis erit.

PRINCEPS AURIACUS.

Dilectus Deo & hominibus, cujus memoria in benedictione eſt, vos in libertatem vindicabit.

BELGÆ EIDEM SERENISSIMO PRINCIPI.

Vindica terram tuam, quam poſſediſti ab initio.

VATES.

Aureus Auriacus, lauro digniſſimus (ECHO) auro:
Hic domuit Francos; non admittitque coronam,
Dona Sicambrorum: MONTES Gallo exuit hoſte.
Macte animis terram Auriacam nunc aſſere raptam;
Pectore regnabis populi, refereſque coronam:

FA-

FAGEL ORDINUM PRÆPOTENTIUM PRÆSES.

Induet pro thorace juſtitiam: & accipiet pro galeâ judicium certum: ſumet ſcutum inexpugnabile, æquitatem, quando ſederit cum Senatoribus terræ. Et tranſiens per medium illorum ibat.

MARPHORIUS.

Præſens Præſes præſit, ut proſit.

VATES.

Præmia das meritis; reprobis, Fagelle, flagellum:
Sub fago (& verum eſt) Tityrus illa canit.
Tu majeſtatis decreta potentia ſignas:
Credita ſunt fidei magna ſigilla tuæ.

BENTINK A SECRETIS AURIACO.

Fidelis ſervus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam. Amen dico vobis, non invêni tantam fidem in Iſraël.

VATES.

Quod Jonathæ David, Pyladi quod fidus Oreſtes,
Auriaco eſt Bentink; fidus Amicus erit.

PA-

PACIFICATORES HAGÆ.

Sederunt Principes,& convenerunt in unum.

VATES.

Pax numquam fiet, nisi pacem sanciat Haga.
Non Aquilæ pacem, Belgica dona, ferent.

AN IMPERANDUM VECTIGAL MILITI CONSCRIBENDO?

ORDINES PRÆPOTENTES.

Licet censum dare Cæsari,an non?

MARPHORIUS IN RECUSANTES.

Cognitâ autem Jesus nequitiâ eorum dixit: date mihi numisma censûs.

AMSTELÆDAMIUS CIVIS.

Hunc invênimus subvertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dare Cæsari?

MARPHORIUS.

Fratres, vigilate: quia adversarius vester Diabolus circuit.

VA-

VATES.

Amstela, tune negas, quorum tibi copia, nummos
Pendere, quos tandem pendere serò voles?
Flandria tota ardet, Galluſque ardentior instat,
Flandrorumque arces, mœnia nostra, capit.
Vis tibi Rex Francus sic imperet? ſeriùs, eheu!
Imperium hoc, dices (parce negare) jugum est.

PAEZ SYNDICUS ROTERODAMI.

Et tu ex illis es? Murmur multum erat in turbâ de eo: quidam enim dicebant: quia bonus est: alii autem dicebant, non; sed seducit turbas Quærebant ergo eum apprehendere; & nemo misit in illum manus: quia nondum venerat hora ejus.

VATES.

Lux es; sed lucem tenebræque umbræq; sequuntur.
Discite Principibus non contradicere vestris.

MARPHORIUS.

Numquam ita locutus est homo, sicut homo iste, qui non consenserat actibus Judæorum.

VATES.

Et bene prudenterque loqui, vel scribere, multum est.
Cuncta palam, cunctis ut videaris, age.

PAEZ.

PAEZ.

Lingua mea calamus Scribæ, velociter ſcribentis. Quod ſcripſi, ſcripſi.

MARPHORIUS.

Diſſidium ergo in turbâ ortum eſt propter eum.

VATES.

Es prudens faciliſque; bonis tamen allatrat Orcus.
Ne clandeſtinum ciëas ſcribendo tumultum:
Perfodietur enim citò murus aheneus ille.

SELANDIA CONSENSU NEGATO COGENDO MILITI.

Vidua hæc pauper plus immiſit, quàm omnes qui miſerunt in gazophylacium: dedit enim denarium (negativè.)

VATES.

Quos petitis ſummos, non dat Selandia nummos.
Hos ſervat, replêre ſuos ut poſſit Jäcchos.

FRISII CONSENSU PERNEGATO.

Principes autem Sacerdotum, acceptis

ceptis illis argenteis, dixerunt: non licet eos mittere in córbonam: quia precium ſanguinis eſt.

VATES.

Sanguinis haud precium eſt, patriam defendere cenſu.
Sanguinis hoc precium eſt, patriæ ſua jura negare,
Jura laboranti. Quondam hæc ſolviſſe juvabit.

AN GRONINGANI SUBORNATI AB AMSTELÆDAMIIS?

Ipſi verò, acceptâ pecuniâ, fecerunt, ſicut erant edocti? Et divulgata eſt fama hæc apud Judæos uſque in hodiernum diem.

VATES.

Vos capiti conferre caput? Redolêre tumultum
Hoc ſolet. Et miles revocatur? Patria nutat.

SCHIDAMUM ABHORRENS A CONSENSU.

At ille negavit tertiò dicens: ô homo, neſcio quid dicis: & ſtatim Gallus cantavit.

MAR-

MARPHORIUS.

Adhuc vos sine intellectu estis? Modicum in vobis lumen est.

VATES.

Tantùm bilis habet, vilis formica, Schidamum?
Vectigal, Marti munera danda, negat?
Fac Gallus patriam victricibus occupet armis:
Plus vectigalis (sic solet) ille petet.

GOESII RECLAMANTES.

Erat autem ibi grex porcorum multorum, bestiæ & universa pecora, serpentes & volucres pennatæ.

MARPHORIUS.

Illudebant ei: & cœperunt salutare eum: & percutiebant caput ejus arundine: & conspuebant eum, & ponentes genua adorabant eum dicentes: ave, Rex Judæorum: & condemnaverunt eum reum.

VATES.

Manet altâ mente repostum
Judicium Paridis, spretæque injuria formæ.

QUÆ-

QUÆSTORES ÆRARII.

Quantum debes Domino meo? at ille dixit: centum cados olei: dixitque illi: accipe cautionem tuam . . . & scribe quinquaginta.

VATES.

Quot quæstus in Quæstores gens promit egena!
Lucra vorant, patriæ nervos, patriæque cruorem.

COMES STYRUM THALASSIARCHUS.

Ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus: ipse verò dormiebat. Tunc exporrectus objurgavit ventos & mare.

VATES.

Sævit hiems, classisque perit, miserabile damnum!
Quid tibi cum ponto est, gens nautica? Quærere merces?
Quæritur (hoc quereris) pro milite quanta ruina,

REX CRISTIANISSIMUS ORBI CHRISTIANO.

Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.

MARPHORIUS.

PaX, paX! & non erIt paX, nIsI CæLo DIManans.

PATER DAVIANO THAUMATURGUS.

Pax erit, & toto florebunt lilia mundo.

VATES.

Lilia jam florent; sed tempore vilia fiunt,
Et semper. Brevis est gloria, Buso, tua.

PASQUILLUS.

Martius est mensis, condatur Martius ensis.
Pax mensæ accumbens mense apricatur Aprili.
Majus erit major, quo pacis floret oliva.
Annus eat partus, sine parte & Marte beatus.
Omnia florebunt, pax hoc si floreat anno.
Fert Notus has turbas, in Turcas turbine motus.

CHRI-

CHRISTIANORUM VOTA.

O si cesset
Belli fax!
O tunc esset
Bella pax!
Tot minis
Sit finis.

AVIS au LECTEUR.

CEux qui connoiſſent le genie des Italiens d'aujourd'hui, ſavent qu'encore qu'ils ayent fort dégeneré de l'ancienne valeur des Romains qui faiſoient les maiſtres par tout, ils n'ont pas laiſſé de retenir l'envie de décider de toutes les affaires generales. Il n'y a point de lieu au monde où l'on ſoit tant nouveliſte qu'à Rome, & où l'on juge plus hardiment des intereſts & de la conduite de tous les Souverains de l'Europe. On ne ſe contente pas de blâmer les uns, & de loüer les autres; mais on y paſſe juſqu'à publier ſous les noms de Paſquin & de Marphorio, les jugemens que l'on fait. Sur tout on y eſt mis en poſſeſſion de déſigner le caractere des gens par des applications de quelques paſſages de l'Ecriture. On ne peut nier qu'ils ne faſſent cela avec beaucoup d'eſprit, & qu'ils ne ſoient tres-ſubtils dans les alluſions qu'ils font. Mais il vaudroit bien mieux, qu'une Ville qui ſe vante d'être la Métropole de la Religion Chreſtienne, réſervaſt la Parole de Dieu à des uſages plus ſaints. Tel eſtant l'eſprit de Rome, il ne faut pas s'étonner que l'on y ait débité ce que l'on vous donne ici. Les affaires de l'Europe ſont dans une Criſe trop mémorable, pour n'avoir pas excité les ſpéculations des Italiens. Nous vous donnons ſans aucune altération, ce qu'ils ont penſé là-deſſus; & retenant lettre pour lettre tout ce que nous avons trouvé dans l'Imprimé venu d'Italie, nous n'avons fait qu'y ajoûter

une traduction Françoise en faveur de ceux qui n'entendent pas le Latin, dont le nombre est beaucoup plus grand, que celui des personnes qui l'entendent. Ceux qui ne l'entendent pas auront moins de plaisir que les autres, parce que les expressions Latines ont quelquefois un double sens, qui fait la meilleure partie du jeu. S'il nous tombe en main quelque chose de pareille nature, nous serons bien-aises d'en faire part au public, ayant fort à cœur de l'instruire en le divertissant.

